# Mythologia, Venise, 1567 - X [88] : De Hesperidibus

### Auteur(s) : Conti, Natale

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X**

Mythologia, Francfort, 1581 - X [88] : De Hesperidibus *est une version augmentée de ce document*

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VII**

Mythologia, Venise, 1567 - VII, 07 : De Hesperidibus *a pour résumé ce document*

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre X**

Mythologie, Paris, 1627 - X [88] : Des Hesperides *est une transformation de ce document*

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre X**

Mythologie, Lyon, 1612 - X [88] : Des Hesperides *est une transformation de ce document*

# Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia
Mentions légales


- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution – Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).


# Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567
ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4 Ant. 50
Formatin-4
langue(s)Grec ancien
Pagination301r°

## Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques et historiquesHespérides
Notice créée par Équipe Mythologia Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 28/04/2023

---

moderatius vsus fuerit, qui impuris cupiditatibus obtemperarit, qui manus in res alienas violenter iniecerit, qui temperantia & æquitate in rebus omnibus vti oportere non cognouerit, hic per summum dedecus patriam, facultates, penates, liberos, vxorem relinquere cogitur, & extorris ac inops inter ignotos denique vitam degit.

### De Harpyis.

NEQVE per Typhona solũ vim ventorum antiqui explicare nitebantur, sed etiam per fabulam Harpyiarum. nam sicuti fluuiorum, fontium, imbriumq; natura per Naiades ac nymphas; per Iouem vi ignea, & pars aeris superior; per Neptunũ aqua; per Vestam terra, per Iunonem inferiore aeris pars; sic per Harpyias vis & natura ventorum significata est ab antiquis. fuerunt enim filiæ Thaumantis & sorores Iridis, quoniam imbres & nubes & venti ex eadem materia è vaporibus scilicet procreantur.

### At Ethicè.

Significabant præterea per hanc fabulam auaritiam & immoderatum opũ desiderium tanquam graue supplicium mortalibus esse immissum Deorum consilio. nam vel sibi ipsi, vel cæteris hominibus auarum crudelem esse necesse est; quód in comparandis opibus auarus per multorum iniurias accumulat, aut sibi detrahit necessaria. cur enim oculis captus fuit Phineus, cui Harpyiæ epulas surripiebant? quia non videbat humanam conditionem vitæ intra angustissimos terminos includi, paucisq; esse contentam. atque id etiam confirmatur per Harpyiarum formam.

### De Hesperidibus.

HAESPERIDVM fabula excogitata fuit ab antiquis ad rerum astronomicarum rationem explicandam, per quam & orizontis obliquitatem significabant, quæ erat omnibus hominibus, præterquam habitantibus sub æquinoctiali, & sydera solis lumine per diem occultari; at Herculem tamẽ perceptam siderum etiam illorum, quæ occultabantur, cognitionem in Græciam detulisse. quod quidam ad studium auarorũ transferendum censuerũt.

### De Atalanta.

VT vero ante oculos mortalium proponerent quantopere insaniunt illi, qui voluptatum ductu se trahi patiuntur, Atalantam per summum capitis discrimen à nonnullis petitam fuisse dixerunt. Est enim voluptas Atalanta, quam non per pauca vitæ pericula experimus. Hanc vbi quis consecutus fuerit nulla habita vel Deorum vel legum reuerentia, non amplius is humanam formam animi retinebit, sed in teterrimam belluam vertetur.

### De Theseo.

ALTERA ex parte difficultates & labores complures humanam vitã circumsistunt, quas res nemo superare poterit nisi optimis & firmissimis sapientię institutis confirmatus: ad quod significandum Thesefum tradiderunt



Fichier issu d'une page EMAN : http://eman-archives.org/Mythologia/items/show/1030?context=pdf